

MATHIAS ABBAS MONASTERII EBERSHEIMMINSTER.



MAthias Carponarius honestis parentibus in Sueuia natus, anno 1510. Is cum prima literarum fundamenta iecisset, anno ætatis 20 parentum consilio in Hirsgauense nobile monasterium peruenit, atq; ibi ordine recepto per annos 5 uixit. Cũ autem religionis mutatio 1534 in regione Vuirtenbergica fieret, ipse sese ad monasterium Etticonis (quod Ebersheimmünster uocatur) contulit, atq; religioni & studijs uacauit. Monasterium illud fundatum est ab Ethicone principe, filio Leodisij, & nepote Erckonaldi, qui apud Dagobertum magnum regem Francorum Curiaë magistrum egit, anno circiter 700.